Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



87

elatione sua sponte cõpunt. Est affectus meroris quando ex considerationem malorum suorum quodam modo contabescens infirmat. Est affectus amoris quando ex consideratione immensum penarum concutitur. Est affectus indignationis quando iodium adversarios ex ipsa magnitudine iniquitatis ex inflammat. Est affectus zeli quando ex amore iustitiae addesiderium ultionis accenditur. Est affectus bonae praesumptionis quando ex nova aliqua singulari fiducia adunidicandum plus solito quam animat. De istis affectibus primi tres ad illud praecipue genus scripturarum pertinent in quo fit laudatio. quia scilicet ex commemoratione bonitatis surgit affectus dilectionis. ex commemoratione potentiae et fortitudinis surgit affectus admirationis. ex commemoratione autem aliqui psalmi cuiusdam sacri fiducia surgit affectus congratulationis. Tres sequentes ad illud genus pertinent in quo fit commemoratio infidelitatis et miseriae quia videlicet affectus humilitatis surgit ex commemoratione propriae infirmitatis. Affectus doloris surgit ex commemoratione malorum praesentium vel ex recordatione praeteritorum. Affectus amoris ex praevisione futurorum. Tres ultimi affectus illi magis generi scripturarum congruunt in quo fit invectio vel accusatio in adversarios videlicet contra nequitiam illorum indignatio contra inimicum zelus propter malitiam maior de divina praesumptio. Exempla singulorum haec s. Ex affectu dilectionis canit psalmus. Diligam te domine. Ex affectu admirationis canit psalmus domine dominus noster. Ex affectu congratulationis canit psalmus. Omnes gentes et in his omnibus est laudatio. Ex affectu humilitatis canit psalmus. Ne in furore tuo. Ex affectu doloris canit psalmus. Usque quo domine. Ex affectu amoris canit psalmus Domine ne in furore tuo. in his omnibus est mixta querelae deprecatio. Ex affectu indignationis canit psalmus Quid gloriaris in malitia. Ex affectu zeli canit psalmus Iudica me domine quoniam ego. Sciendum tamen est hanc propriam in omnibus psalmis non esse ut proprium sentimunus affectus extendat. Sed saepe de alio affectu transit in alium secundum quod mentis oramentum diversis modis affici solent. hoc autem qualiter singulos psalmos cognosci poscit. explanare plurioris operis tractatum expetit. Volumus tamen hoc in aliquibus exempli